

**4388** Sarapidi | deo maximo | Ti. Cl. Sarapiacus | sacerdos cum suis  
donum dedit | d. d.

*Carthagine rep. (VIII 4004 vedit Wilmanns).*

**4389** Sarapi | o. m. | Marius | Maro | d. d.

*Veronae (Notizie degli scavi 1893 p. 14).*

**4390** Sarapidi | Neptuno | Aug.<sup>1</sup> sacr. | P. Aurelii | Pasinici<sup>2</sup> | cum  
suis | s. p. p. d. d.

*Carthagine rep., in ancone sellae marmoreae (VIII 1002 cf. 12462 viderunt  
Wilmanns et Schmidt). — 1) Iovi optimo m[ax]. Neptuno Serap[idi] dedicatus erat  
etiam titulus Pannonicus III 5637. — 2) Ab iisdem Pasinicis Serapidi ([τῷ]  
ἐν Κανώβῳ θεῷ μεγίστῳ; cf. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1030) eodem loco dedicatus est  
etiam titulus Graecus VIII 1003, ab altero eorum ibidem eidem VIII S. 12492.*

**4391** Iovis Plutonis Serapis sacer.

*Lambae, in basi, cui porticus templi insculpta (VIII 2629 viderunt Wil-  
manns et Schmidt).*

**4392** Iovi Serapi | L. Alfenus Pate[rnus] | . . .

*Kirby Thore (Westmoreland) rep. (VII 298 Huebner vedit ectypum).*

**4393** [I]ovi o. m. Sarapidi | pro salute et victoria | imp. Nervae  
Traiani Caesaris | optumi Aug. Germanici Dacici | Parthici<sup>1</sup> et populi Ro-  
mani, | vexill. leg. III Cyr.<sup>2</sup> fecit.

*Hierosolymis (Mitth. u. Nachrichten des deutschen Palaestina-Vereins 1893  
p. 22 imaginem dedit Zangemeister). — 1) A. 146/7 (cf. supra ad N. 297). —  
2) Vexillatio legionis tertiae Cyrenaicae. Titulus positus est tempore belli Parthici.*

**4394** Soli Serapi | cum sua cline | in h. d. d. | Dextrinia Iusta | L.  
Dextrini Iusti | filia Agripp.<sup>1</sup> d. d.

*Coloniae Agrippinae (Brambach 550 qui vidit). — 1) Agrippinensis.*

**4395** Iovi Soli optimo maximo | Sarapidi et omnibus diis et | im-  
peratori Caesari Nervae | Traiano Aug. Germanico Dacico n.<sup>1</sup>, | Epictetus  
libertus tabellarius<sup>2</sup>, | curam agente operis Dionysio Sostrati filio Alexan-  
drino, gubernatore | navis parasemo Isoparia T.<sup>3</sup> Cl. Theonis.<sup>4</sup>

*Lutri in Creta (III 5 cf. p. 967 descr. Velsen et Graecus quidam). — 1) Nostro.  
— 2) tabellarius, 3) T. om. apographum Graeci. — 4) Navis, cuius gubernator Dio-  
nysius fuit, T. vel potius Ti. Claudii Theonis fuit nomenque habuit ab Iside Pharia  
(Momms.).*

**4396** (*intra coronam quernam*) I. o. m. Soli Sarapidi | Scipio Orfitus  
v. c.<sup>1</sup>, | augur | voti compos redditus (*in parte aversa eques loricatus, habitu  
imperatorio, vectus non equo sed tauro; humi cubat Terra mater; retro moenia  
oppidi alicuius. In latere sinistro tropaeum, Victoria, dea Roma; in latere dextro  
taurus ad immolandum adducitur*).

*Romae rep. ad viam Appiam, ara marmorea, nunc in museo Capitolino  
(VI 402 vedit Henzen; anaglypha describit Helbig Führer durch die Sammlungen*